

1384/131 1384 249

IN OBITUM R.^{MI} P.F_R.BERNARDI DO DESTERRO, DOMINICANI,

In Sacra Theologia Praesentati, in Fidei Tribunali Censoris, atque Eminentissimi da Cunha à Confessionibus, &c.

Bernardus vixit! Vitam, qui vivere dignus
Fatorum immunem, finiit ante diem!

Finiit ante diem, vitae octogesima quanvis
Nexa tribus fuerat conscientia bruma suae.

Antiquos mores nam qui revocavit, & ipsis
Fratribus exemplum, quod sequerentur, erat;

Nec Druidum fontes, Araris nec tarda fluenta
Hausit, ut ad Sophiae nobile scandat ebur;

Dignus Cumaeae superet qui secla sibyllae,
Seraque det meritis praemia justa Polus.

Sed si plura negant vivendi huic tempora Parcae,
Fama dabit vitam non moritura novam.

Nec

Nec mora: centeno jam solvens gutture linguas
Haec ait aethereo , qua volat , axe Dea.

Define Bernardum , Lusi generosa propago
Flere , viri pietas transfilit illa rogos.

En Lysiae nunc surgit honos , & fronte coruscant
Sidera Gusmani splendidiora Patris.

Bernardo Angelicas mortali corpore dotes
Vel juveni superos quòd tribuisse patet.

Nil igitur miror doleat tela irrita semper
Illiis in pectus quae jaculavit Amor.

Nec si Arabum gazis Bernardus praetulit Irum ,
Ut Craeso in terris ditior ipse foret.

Nec tandem , ut jactis Titanes montibus , ausus
Si nulla est culpa sollicitare Jovem.

Hunc Coelo adscriptum civem fas credere , census
Est ubi perpetuus cernere cuique Deum.

Fama haec dum narrat , Bernardo vita superstes
Est alia , atque alias Religionis honor.

Nam mors Bernardi victa est ex morte triumphus ,
Quo limen vitae non pereuntis adit.

Insita non aliter quæ surgunt germina rure
Gusmano , mortis falce recisa jacent.

Nec Thomae pietas fati compescuit alas ,
Scripta nec Angelici nomine digna viri.

Mors etiam Albertum rapuit , gelidaque sub Arcto
Victima sacra polo tunc , Hyacinthe , cadis.

AEGidium Scalabis flevit , Tagidesque doloris
Testes dant lacrimas , queis Tagus auget aquas.

Occidit , & superos adiit Gonsalus , in horto
Sidereo ut vivat flos , Amarante , tuus.

At-

Attamen ipsorum quamquam mens gaudet Olympo,
Postuma nobiscum vivere fama dedit.

Te, Bernarde, pari donat jam munere Coelum,
Ut cultum accipiat munus ubique parem.

O' utinam, quando mensis accumbere veri
Intrasti, grata non sine veste, Jovis.

Jam socius Coeli Procerum, summiq[ue] Senatus
Sis nova Dominico, spesque per ampla, gregi.

Sis fautor Lysiae, Regi tutela JOSEPHO,
Annuat ut Scepbris aura benigna suis.

Antonius Felix Mendes,

Regius Latinae Linguae Professor.

Annem iugum demandum hunc: Basilei Olympos
Lettinam nuptiam nunc tunc quisque quis
T. Bestiaria besti quae sunt nomine Geocimus
Ut cuncta scaphis humus nubes bestiarum
O minima: diuino mente secundum peregrinum
Iustitia: exsita non sine asyla: Latice
Iam locum Geocimus: tumulido: Geocimus
Sic nos Dominicus: besides bestiaria: Bestiaria
Gis fons: Philae: Regi: miles Iosephus
Annus: ut Geocimus non periret
Iudea: Iacobus: gaudi: Bestiaria: peregrinum
It: Credo: in terra dicas ipse faret.
Nec tandem: ut iusta: Enras: iugum: nullus
Si non: sit enim: iustitiae: Jovem:
Eius: Ecclesie: iugum: non: sicut: Ecclesie: nullus
Nullus: non: sicut: Ecclesie: iugum: Deum:
Nullus: non: sicut: Ecclesie: iugum: honor:
Non: non: sicut: Ecclesie: iugum: honor:
Ceterum: non: sicut: Ecclesie: iugum:
Infra: non: sicut: Ecclesie: iugum:
Ceterum: non: sicut: Ecclesie: iugum:
Sic: non: sicut: Ecclesie: iugum:
Sic: non: sicut: Ecclesie: iugum:
Hinc: non: sicut: Ecclesie: iugum:
Est: non: sicut: Ecclesie: iugum:
Vix: non: sicut: Ecclesie: iugum:
Ceterum: non: sicut: Ecclesie: iugum:
Sic: non: sicut: Ecclesie: iugum: